


R. 402930



**BVLA DE NVE-  
STRO MVY SANTO PADRE  
CLEMENTE VII. Y AGORA CON-  
firmada por nuestro muy Santo Padre Pau-  
lo V. Concedida à la Orden de  
Señor San Iuan.**



**En la Ciudad de Salamanca a tres dias**

del mes de Diciembre de mil y seyscientos y veynte y siete años, ante el señor Licenciado Frey Don Francisco Barrantes Maldonado, del Auito de Alcántara, Prior de la Villa de Rollan, y sus annexos, Iuez Ecclesiastico ordinario de la jurisdiccion, y distrito de la Encomienda de la Magdalena sita en esta Ciudad, y dicha Villa, que es de la Orden de Alcántara nullius diocesis, y por ante mi Bartolome Honorato de Ribera Notario publico Apostolico, vezino y natural de la dicha Ciudad, y Notario propietario de la dicha jurisdiccion. Parecio presente el señor don Iuan de Silua y Ribera Cauallero de la Sacra Religion de San Iuan Baptista de Ierusalen, y Comendador de la Encomienda de San Iuan de Barbalos de la dicha Ciudad, y por si y en nombre de la dicha Sagrada Religion presento vna Bula, y letras Apostolicas à ella concedidas, por la Santidad del Papa Clemente Septimo, con vn Breue de nuestro muy Santo Padre y señor Paulo Papa Quinto de felice recordacion, de confirmacion de los Priuilegios, concesiõnes, e indultos Apostolicos, concedidos à la dicha Sagrada Religion, que vnos en pos de otros son del tenor siguiente.



**C**LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Clementia disponēte eius qui immobilis permanēs sua prouidentia mirabili Ordine : dat cuncta moueri in Apostolicæ Sedis cathedra meritis : licet imparibus constituti, dū solerti meditatione pensamus, quod interpretæ præsidia, & defensiones cōtra inimicos orthodoxæ fidei religio hospitalis Sācti Ioannis Hierosolymitan. ante muralle, & amsi dū propugnaculū ab immemorabili tempore citra semper extitit : & quod pro eiusdē fidei cōseruatione tutela, & augmēto viros religione decoros, & propugnatores acerrimos in temporalibus prouidos, & spiritualibus circūspectos continuo produxit circa illius foelicem statum eo perspicatius aciem nostræ mentis dirigimus eiusque profectum eo desiderabilius affectamus : quo per eandem religionem vniuersali Ecclesiæ succurritur, ac illius personas Christi athletas magnis subiaceere periculis oculis conspicientes digne ad ea intendimus, per quæ illius prosperitas solidetur eiusque præclari nominis serenitas in nullo valeat ob nubilari : sed ad infidelium oppressiōnem auctore dño foelicibus semper proficiat incrementis, & hijs quæ propterea : proinde processisse comperimus : vt firmius illibata persistant nostri muniminis præsidium prompta beniuolentia impartimur . Sane cum prout vniuerso pœne orbi notissimū existit nephandissimus sanctissimi nominis Christi hostis Turcharum tyrannus Christianum sanguinem continuo sitientes omni conatu Christianorum dominia, & loco suæ tyrannidi, & spurcissimæ, sectæ subijcere satagens superiori, & præsentis annis validissima classæ maritima maximoque terrestri exercitu paratis insulam Rhodi totius Christianitatis specimen accerrimis, & multiplicibus conatibus inuasit. ac crudeli, & inaudita obsidione affecerit. & licet dilecti Philippus de Villers Liffedam Magister, & Baiulii. Priores, Præceptores, milites, & fratres dicti hospitalis zelo fidei procius defensione in dicta insula constituti erant : proprio sanguini non parcētes velut intrepidi Christi athlete aduersus ipsos perfidissimos Turchas, & laborū atroces impetus viriliter dimicauerint : & quodammodo super vires humanas omnipotente Deo : & beato Ioanne Baptista fauentibus adeo strenuæ se, ac dictam insulam, ac ciuitatem Rhodi defenderint : vltra centum millia Turcharum trucidauerint : tamen forsā domino propter Christi fidelium delicta. & vt Principes Christi fideles quodammodo à somno excitati, & ad sancta Dei opera intenti vehementius aduersus dictos Turchas insurgant permittēte ipsi Turchæ tandem quod nō sine gemitu, & cordis amaritudine recensimus multitudine præualuerint : & expugnata per eos vi, & armis insula, & munitissima ciuitate prædicta, Magister, Baiulii, Priores, Præceptores, milites : & fratres hospitalis huiusmodi quorum pauci superstites, & fere exanimis remanserant omni subsidio subuentiōnis fidelium destituti (saluis sanctorū reliquijs) & quas per hostiū impetū licuit rebus ciuitatem, & insulam prædictas relinquere coacti fuerint, ac sub huiusmodi euentu litteræ libri, & monumenta seu documenta antiqua priuilegorū, & indulgorū eis ab Apostolica sede concessorum perierint, & deperdita fuerint. Nos attendētes calamitates, & onera, quæ Magister, Baiulii, Priores, Præceptores, milites, & fratres prædicti prouitiōne dictæ insulæ nullis parcendo periculis, subisse noscuntur, & quam periculosa ex eorum religionis aduersitate Chris-

3  
tiano cetui inferri potest perplexitas : ac propterea dignum censentes : vt pro  
eiusdem religionis statu salubriter conseruando, & dirigendo salutaris proui  
sionis manus operarias curiosius adhibeamus cupientesque : vt religio ipsa  
quã in minoribus constituti professi fuimus, & cuius protectionem ad Cardi  
nalatus honorem euecti suscepimus; & quam specialis dilectionis affectu ex  
visceribus charitatis prosequimur etiam nostris temporibus floreat, & ampli  
ficetur motu proprio non ad Magistri, Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum,  
militum, & fratrum prædictorum seu aliorum pro eis nobis super hoc obla  
te petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa sciẽtia:  
ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia & singula priuilegia, iurisdic  
tiones, facultates, immunitates, concessiones, indulgentias, libertates, præ  
rogatiuas, exentiones, gratias, fauores, & indulta dicto hospitali sancti Ioan  
nis Hierosolymitaneni ac illius Baiuliuus, Prioratibus, Præceptorij, domi  
bus, hospitalibus, Ecclesijs, Capellis, ac alijs locis, & membris, necnō Magis  
tro Baiuliuus, Prioribus, Præceptoribus, militibus, fratribus, & personis: ac eo  
rum vassallis subditis, & seruitoribus, pro tempore existentibus hæcenus per  
quoscumque Romanõ Pontifices prædecessores nostros successiuis tempori  
bus: & demum per foelicis recordationis Leonem Papam X. etiam prædeces  
sorem, & secundum carnem, fratrem, Patruem nostrum, ac Sedem Aposto  
licam sub quibuscumque tenoribus, & formis: ac cum quibusuis clausulis, &  
decretis quomodolibet concessa, approbata, & innouata quorum omnium re  
niores formas, & effectus, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus  
haberi volumus pro sufficienter expressis Apostolica auctoritate tenore præ  
sentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac valida, & efficacia exi  
stere, & perpetua roboris firmitate subsistere: ac inuiolabiliter obseruari, nec  
non Magistro, Baiuliuus, Prioribus, Præceptoribus, militibus fratribus: per  
sonis, vassallis, subditis, & seruitoribus præfatis suffragari debere decerni  
mus. Et nihilominus propottori cautela omnia, & singula prout per Leo  
nem X. & alios prædecessores, ac Sedem præfatos concessa fuerunt. Ita vt ip  
si Magister, Baiuliuus, Priores, Præceptores, milites fratres, personæ vassalli,  
subditi, & seruitores illis libere perpetuo vti possint de nouo necnon præfa  
to Philippo, & pro tempore existenti Magistro, & conuentui dicti hospitalis  
iuxta illius stabilimenta, & laudabiles consuetudines, ac mores in Baiuliuas,  
Prioratus, Castellaniam Empostæ, domos, hospitalia, membra, loca, & bona  
quæcumque necnon quoscumque Baiuliuos, Priores, Castellanu Empostæ,  
Præceptores, fratres, & personas hospitalis, & religionis huiusmodi, ac illo  
rum vassallos, subditos, & seruitores vbicumque tam citra quam ultramontes  
nunc & pro tempore constitutos, & commorantes, qui omnes eidem Magis  
tro, seu delegatis ab eo firmiter tam personaliter, quam realiter omni excep  
tione cessante, & quacumque à nobis, vel Sede prædicta obtæto, vel obtunedo  
indulto nõ obstatẽ parere, & obedire teneatur plenariam, & omnimodã etiã  
meri & mixti imperij, iurisdictionem, & superioritatem, ipsique Magistro cõ  
tra rebelles, & suis mandatis non obedientes etiam vigore litterarum Apo  
stolicarum etiam in forma breuis à nobis, & prædecessoribus nostris emana  
tarum seruatis quatuor terminis ad docendum separauisse, & satisfecisse in lo  
co vbi conuentum hospitalis huiusmodi constitui, seu residere cõtigerit post  
legitime executam primam citationem ad multam, siue poenam personalliter  
iuxta mores, & stabilimenta prædicta, seu etiam priuationem habitus, aut be  
neficii.

4  
beneficiorum, domorum, & prædiorum per eos obtentorum procedendi, vel  
etiam si magis expedire videbitur beneficia, domos, & prædia ipsa ad manus  
suas, seu receptorum dicti hospitalis reducendi, & donec ipsi inobediētes cō-  
tumaciam purgauerint, vel debita onera persoluerint, siue seculares, aut alte-  
rius ordinis regulares beneficia dicti hospitalis possidentes fuerint pro suo ar-  
bitrio retinendi illorumque fructus: redditus. & prouentus arrēdandi, & per-  
cipiendi necnon præceptorias, cameras magistrales nuncupatas ad se recipiē-  
di, siue illas solitis pensionibus pro suæ voluntatis libito imponendis, & mo-  
derandis onerandi, & alias de illis tanquam de præceptorijs, & prædijs men-  
se magistrali vnitis, & incorporatis disponendi: ac in Romā. Curia procura-  
torem generalem cum generali, vel speciali, & limitata potestate, & faculta-  
te constituendi, & deputandi, & in eadem curia per seu dictum procuratorē  
ad id potestatem à Magistro & conuentu præfatis habentem quæcumq; eius-  
dem hospitalis beneficia cuiuscunque qualitatis existentia apud Sedē prædi-  
ctam quomodolibet: præterquam per resignationem in manibus nostris, &  
successorum nostrorum Romā. Pontificum pro tempore vacantia iuxta ip-  
sius hospitalis stabilimenta libere conferendi, & tam Magistro, quam conue-  
ntui præfatis etiam de illic de quibus hæctenus dispositū fuit de nouo, ac alijs  
beneficijs huiusmodi etiam tāquam priuatis prædijs in titulum perpetui bene-  
ficij Ecclesiastici, seu etiā ad nutum, aut amouibiliter vni, vel diuersis perso-  
nis assignari solitis etiā dictæ Sedis reseruatis: seu alias affectis, aut ad Sedem  
ipsam deuolutis libere prouidendi, ac illa vniendi, desmembrandi: ac alias de  
illis disponendi, necnon ancianitates tam generales, quā speciales super eis-  
dem beneficijs fratribus eiusdem hospitalis concedendi, ac resignationes di-  
ctorum beneficiorum recipiendi, & admittendi, illaque resignantibus titulū,  
seu denominationem, ac omnes eorum fructus seu partem illorum, aut super  
illis quascunque pensiones annuas: quæ etiam transeant ad successores in eis  
etiam sub censuris, & poenis ecclesiasticis etiam priuationis in talibus apponi  
solitis ad vitam, vel ad tempus reseruandi concedendi, constituendi, & as-  
signandi. Et quod altero decedente in eiusdē possessione superstes succedat  
indulgendi, seu regressum ad illa concedendi ipsisque Magistro, & conuen-  
tui priuilegia exemptiones, & indulgentias eis, & dicto hospitali concessa  
vbique locorum etiam absque alicuius ordinarij licentia sub sigillo tamen  
prioris illius prouinciæ, vel eorum conseruatoris in ea de gentis publicandi,  
& quæstnandi, seu elemosynas, & confraternitatum obuentiones querendi  
& recipiendi necnon cimiteria in eorum parrochialibus Ecclesijs habēdi, ac  
quorumcunque Christi fidelium cadauera etiam si excommunicati, vel inter-  
dicti fuissent dummodo interdicto causam non dederint, saluo iure rectori  
parrochiano debito absque aliquo onere, & solutione Episcopo facienda re-  
cipiendi, & sepeliendi legata, & donata tam inter viuos, quam qualibet vlti-  
ma voluntate exigendi, & percipiendi, necnon Baiuluis, Prioribus, Præcep-  
toribus, militibus fratribus, & personis præfatis quæcumque ecclesiastica sa-  
cramenta: ac omnes etiam sacros ordines à quocunque maluerint Catholico  
Antistite gratiam, & communionem Sedis prædictæ habente nihil oblato,  
vel soluto recipiendi, ac tam ipsis quā eorū familiaribus arma quæcūque &  
vbicunque locorum pro sui defensione, & hostium dictæ Sedis offensione ge-  
standi, necnon Capellanis eiusdem hospitalis, Baiuliuorum, Priorum, Præ-  
ceptorum, militum, fratrum, personarum vassallorum, subditorum, & fami-  
liarium

liarium prædictorum confessiones audiendi, & poenitentiam salutarem eis iniungendi, ac Eucharistiæ, & alia ecclesiastica sacramenta ministrandi, necnon tempore interdicti dummodo tamen illi causam non dederint excommunicationis, & interdictis exclusis clausis ianuis, & submissa voce Missas, & alia diuina officia celebrandi, necnon quibusuis Christi fidelibus in quibusuis ciuitatibus locis, & diocesis, præceptorias, domos, hospitalia, sub dependentia & subiectione dicti hospitalis per illius fratres obtinenda, quæ eisdem priuilegijs, immunitatibus indulgentijs concessionibus, & indultis quibus alia dicti hospitalis hospitalis, præceptoriarum domus, & hospitalia vtuntur, potiuntur, & gaudent vtantur, potiuntur, & gaudeant assignata illis congrua dote, ordinarium locorum, & quorumuis aliorum licentia minime requisita, & nulla propterea in illis ordinarijs ipsis iurisdictione, aut oneris imponendi facultate reseruata constructi, & erigi faciendi plenam & liberam auctoritate, & tenore prædictis facultatem, & auctoritatem concedimus: ac quasunque donationes, locationes, concessiones, inuestituras, & alias alienationes censuum, reddituum iurium iurisdictionum, & bonorum quorumcunque ad Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam empostæ, præceptorias, domos, hospitalia, beneficia, & loca hospitalis huiusmodi pertinentium in illorum lesionem facturam, vel detrimentum etiam per personas dictæ religionis etiam cum renunciationibus pactis iuramentis, & penis desuper impositis, & adiectis, ac instrumentis, & litteris desuper confectis, & confirmationibus forsam in defectis etiam de licentia dictæ Sedis absque tamen consensu, seu expressa licentia Magistri, & conuentus prædictorum quacunque præscriptione, seu longissima pacifica possessione, & detentione, non obstante necnon quoscunque accessus, ingressus, & regressus ac coadiutorias ad Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam empostæ, præceptorias, domos, hospitalia, & alia beneficio hospitalis huiusmodi præterquam ex causa onera vel de consensu dictorum Magistri & conuentus etiam per nos, & prædecessores nostros concessos cassamus, reuocamus, annullamus, & irritamus nulliusque roboris, vel momenti fore, & pro infectis haberi debere decernimus: ac census, redditus, iura iurisdictiones, & bona alienata huiusmodi: ac etiam per quoscunque etiam seculares, occupata, usurpata, & detenta ad ius & proprietatem hospitalis, seu illius Baiuliuarum, Prioratum, Castellaniæ empostæ, præceptoriarum, domorum, hospitalium, & beneficiorum prædictorum reducimus, illamque in integrum aduersus concessionem, donationem, & alias quaslibet alienationes prædictas necnon inuestituras illarum prætextu quomodolibet quauis auctoritate factas, & concessas in integrum, ac in pristinum, & eum statum in quo antea erant restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus: illarumque detentores cuiuscunque dignitatis status, gradus, ordinis, & conditionis existentes ad illorum relaxationem per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia cogi, & compelli posse volumus. Et similes alienationis decetero sub excommunicationis lata sententia, & priuationis beneficiorum per eos obtentorum poenis per contrafacientes eisdem absque aliqua declaratione incurrendis fieri prohibemus, & si hiant illas viribus omnino carere decernimus. Necnon omnes, & singulas lites etiam in dicta curia etiam in nostro adiutorio super quibusuis dicti hospitalis beneficijs inter quasunque personas etiam inter Franciscum Ratum, & Iulianum de Iustinianis fratres dicti hospitalis dilectos filios super Præceptoriam domus eiusdem sancti Ioannis de Rouigo eiusdem

6  
hospitalis Adriē. diocēf. ſeu illius ſpolio ſuper qua, ſeu quo idē Franciſcus  
tres conformes ſententias contra ſe reportauit motas, & in quibuſuis inſtan-  
tijs pendentes in quibus concluſum non fuit: quarū ſtatus, & merita præſen-  
tibus haberi volumus pro expreſſis ad nos aduocamus, & illas eiſdē Magiſ-  
tro, & conuentui per eos iuxta formam ſtabilimentorum: & laudabilium cō-  
ſuetudinum prædictorum, etiam ſi ipſis videbitur tam in eadem curia, quam  
extra eam in ſtatu debito re aſſumendas, & decidendas committimus eiſque  
quorum intererit etiam per edictum publicam locis publicis aſſigendum, cō-  
ſtituto tamen ſummarie de non tuto ad eos acceſſu citandi, ac quibus, & quo-  
tiens opus fuerit inhiſcendi etiam ſub cēſuris, & pœnis eccleſiaſticis tam in di-  
cta curia quam extra eam facultatem concedimus necnō illorum ſententias,  
& rem iudicatam per Priorem Eccleſiæ dicti conuentus etiam ſub cēſuris,  
& pœnis eccleſiaſticis, etiam contra condemnatos, etiam in curia prædicta,  
tam realiter quam perſonaliter exequi mandamus. Et in ſuper hospitalē, ac il-  
lius Baiulias, Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, domos cameras, hospitalia  
& loca quæcunq; necnon Magiſtrum, Baiulios, Caſtellanum Empoſtæ,  
Priores, Præceptores, milites, & perſonas, ac eorum ſubditos vaſſallos, colo-  
nos, & ſeruitores nunc, & pro tempore exiſtentes etiam præbyteros curam  
animarum exercentes quādiu illam exercuerint, & in illorum obſequijs fue-  
rint, ac illorum res animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcunq;  
quæ obtinent, & poſſidēt, ac in futurū canonice obtinebūt, & poſſidebūt ſub  
beati Petri, & Sēdis prædictæ atque noſtra proteccionē ſuſcepimus, & ab  
omni iuriſdictione, correccionē, viſitatione, onere ſtatutis, bannis, dominio,  
ſuperioritate, & poteſtate quorumcunq; Patriarcharum, Archiepiſcopo-  
rum, Episcoporum, & Prælatorum, necnon quorumcunq; temporalium  
dominorum quauis dignitate etiam Imperiali, Regali, Ducali, ac Vniuerſita-  
tum, & illorum regentium, & præterquam dicto hospitalis ordinariorum, tā  
ſpiritualium, quam temporalium, vbicunq; tam citra, quam vltra mare, &  
montes conſtitutorum cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & con-  
ditionis exiſtentium illorumque vicariorum, officialium, locatenentium, &  
iudicium, nunc & pro tempore exiſtentium quorumlibet. Necnon a ſolutio-  
ne, & exactione paſſagij, pedagij, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procuratio-  
nis, iucundi aduentus, iurium etiam Synodalium cenſuum, aut decimarum,  
etiam noualium, etiam hortorum, pratorum, piſcationum, molendinorum ad  
quæ cuiuſlibet acceſſus nullatenus directē, vel indirectē prohiberi poſſit, ac ter-  
rarum quas per ſeipſos, vel alios eorum nominibus etiam colonos, arrenda-  
tarios, emphiteoſas que excolunt, & deinde fruſtus percipiunt, & cuiuſuis al-  
terius oneris perſonalis, ſeu mixti ordinarij vbicunq; & ex quacunq; cau-  
ſa impoſiti, vel imponēdi pro tempore Apoſtolica auctoritate, & tenore præ-  
dictis liberamus, & exigimus, ac dictæ Sedi, & nobis immediate ſubijci-  
mus: illoſque, & illa etiam ſi in quibuſcunq; ſtatutis, litteris conſtitutioni-  
bus, & regulis etiam per nos, & Sedem prædictam pro tempore editis nomi-  
natim ſpecialiter, & expreſſe grauentur, ſeu onerentur ſemper liberos  
immunes, & exemptos, ac exceptos, & nobis immediate ſubiectos eſſe decer-  
nimus ita quod Archiepiſcopi, Episcopii, Prælati, Ordinarij, Vicarij, officia-  
les, locatenentes, & iudices præſati etiam ratione delicti, vel contractus, ſeu  
rei de qui ageretur vbicunq; committeretur delictum iniatur contractus,  
aut res ipſa conſiſtat nullam in eos, vel ea iuriſdictionem, correccionem, viſi-  
tationem

7  
rationem, superioritatem, dominium, partitionem, exactiorem, seu potestatem exercere, aut excommunicationis alia suae sententias, censuras, & penas etiam ratione personarum, vel rerum animalium, ac bonorum suorum ad aliquam solutionem, aut aliquorum pontium, fontium, furnorum, matorum, seu etiam aliarum Ecclesiarum quam dictae religionis etiam si forsan actenus per abusum, seu alterius privilegium, aut negligentiam etiam per longissimum tempus aliter observatum non fuerit: quae quidem etiam praescriptiones nullo pacto saltem impostero quo minus huiusmodi exceptionibus uti possint: obstare volumus, & decernimus eos coarctare, aut alij quicumque cuiuscunque ecclesiasticae, aut mundanae dignitatis, vel praeminentiae status, vel conditionis existant: etiam in locis, & terris sanctae Romae. Ecclesiae etiam immediate subiectis, & ad instantiam cuiuscunque Principis, seu communis civitatis sub excommunicationis latae sententiae, & quadrupli ultra damna, & expensas restitutionis poenis per contrafacientes eo ipso incurreris eos in iudicio, vel extra super praemissis, & illorum usu, seu possessione, vel quasi directe, vel indirecte, quo vis quaesito colore, vel ingenio molestare, impedire, vexare, aut alias quomodolibet impedire praesumant debeant, seu etiam valeant. Et insuper eisdem auctoritate Apostolica, & tenore perpetuo statuimus, & ordinamus, quod ius patronatus, & praesentandi personas idoneas ad Baiulivas, Prioratus, Praeceptoris, hospitalia membra, & alia beneficia, & loca dicti hospitalis nisi ratione fundationis, aut dotationis saltem ad tertiam partem illorum fructuum quo casu liceat Magistro, & conventui praefatis si dicta eorum beneficia ab huiusmodi iure patronatus liberare voluerint, aut donantibus bona restituere, aut illorum pretium persolvere: ac Baiulivas, Prioratus, Praeceptoris, hospitalia membra, & beneficia huiusmodi conferre minusque super illorum fructibus redditibus, & proventibus aliqua pensiones animae quibusvis personis secularibus, seu alterius ordinis quam dicti hospitalis regularibus, siue expresso consensu Magistri, & conventus praedictorum etiam per Sedem praedictam reservari concedi constitui, & assignari, nullatenus possint, & si reserventur, concedantur constituentur, & assignentur reservationes, concessiones, constitutiones, & assignationes, huiusmodi nemini suffragentur, & pensiones ipsas solvere habentes ad illarum resolutionem minime teneantur: nec propterea aliquas censuras, seu poenas incurrere possint. Quodque omnes, & singuli eorum de Baiulivarum, Prioratum, Praeceptoriarum, domorum, & beneficiorum in vim dictarum collationum possessores seculares, aut alterius ordinis regulares, seu pensiones super illorum fructibus redditibus, & proventibus huiusmodi hactenus etiam per Sedem eandem reservatas percipientes illa, & illas infra sex menses a die intimationis praesentium litterarum in manibus Magistri, & conventus praedictorum iuxta formam stabilitam eorum dictae religionis dimittere, & transferre, seu illarum cessationi consentire teneantur. Alioquin beneficia, & pensiones ipsae nisi illa possideres, & illas percipientes infra dictam tempus habitum susceperint, & professionem regularem in ipsius religionis emiserint lapsis mensibus eisdem vacent, ac cassae, & extinctae sint, & esse censeantur eo ipso. Ac quod quicumque personae in dignitate ecclesiastica, & ubilibet constitutae per eosdem Baiulivos, Priores, Praeceptores, & fratres ac eorum singulos pro tempore eligendi sub excommunicationis latae sententiae poena ipsos aduersus inferentes eis iniurias, seu grauamina, vel damna in personis rebus, & bonis manutene-

tere,

8  
nere, & conseruare, & quacunque iurisdictionem exercere, ac sententias, cen-  
suras, & poenas ecclesiasticas contra rebelles, & in obediētes cum effectu  
promulgare necnon omnibus facultatibus, & concessionibus quibusuis con-  
seruatoribus eis per quascūque litteras Apostolicas hactenus deputatis quo  
modolibet concessit potiri, & uti, ac gaudere debeant in omnibus, & per om-  
nia perinde ac si per easdem litteras conseruatores, & iudices deputati fuif-  
sent. Et quod presbyteri, qui in dicta religione professionem non emisierint:  
nisi de expressa licentia, vel consensu praelibati Magistri, seu Priorum, Prae-  
ceptorū, vel fratrum quibus contingere poterit, seu debet ad deseruendū  
parrochialibus, & alijs Ecclesijs, ac Capellis ipsius religionis nullatenus ad-  
mittantur, sed in quibuscunque parrochialibus, & alijs Ecclesijs, ac Capellis,  
hospitalis huiusmodi Capellani eiusdem religionis per ordinarios locorum  
sub eadem excommunicationis latae sententiae poena, si contrafecerint eo ip-  
so incurrēda ad requisitionem, seu praesentationem dictorum Baiuliorū,  
Priorum, Praeceptorum, & fratrum absque aliqua exactione, & oneris impo-  
sitione recipi, & admitti debeant. Quodque illi dumtaxat fratres priuilegijs  
praedictis gaudeant, qui a praefato Magistro, seu de eius licentia habitum susce-  
perint, & professionem emisierint, seu de habitu suscipiēdo, & professione hu-  
iusmodi emittenda infra certum tempus arctati fuerint: nullusque Baiulio-  
rum, Priorum, Praeceptorum, & fratrum praedictorum absque mandato, seu  
licentia praefati Magistri, aut saltem sui Prioris, seu Procuratoris ipsius hospi-  
talis in dicta curia existentis priuilegijs praedictis in eandem curia uti valeat:  
ne illa absque huiusmodi licentia vagantibus suffragentur, manusque violentas  
in eos, qui ad Ecclesias, seu domos eiusdem religionis pro sua salute cofu-  
gerint per quempiam inuiti sub excommunicationis latae sententiae poena pro-  
hibemus decernentes praesentibus litteris, & in eis contentis quibuscunque  
etiam per quascunque litteras Apostolicas etiā qua suis clausulas generales,  
vel speciales etiam derogatorias derogatorias efficaciores, & insolitas, ac  
etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continē-  
tia nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi tenor illarū de ver-  
bo ad verbum nihil misso insertus, ac huiusmodi derogationes consistoriali-  
ter factae, & per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes tribus  
similiter distinctis vicibus Magistro, & conuentui praefatis legitime intima-  
tae, & insinuatae fuerint, & ipsorum Magistri, & conuentus ad id expressus ac-  
cesserit assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari, ac Magistrū,  
& conuentum praefatos ad parendū litteris derogatorijs huiusmodi & decre-  
tis super illis processibus, ac illorum executoribus, & sub executoribus, eorū  
que mandatis, & monitionibus minime teneri, & litterarum huiusmodi exe-  
cutionem omnino impedire, nec ratione resistentiae huiusmodi censuris eccle-  
siasticis per eosdem executores, & sub executores latis innodari posse. Et sic  
in praemissis omnibus & singulis, per quoscunque iudices, & commissarios  
quauis auctoritate fungentes tam in dicta curia, quam extra eam pro tempo-  
re deputatos sublata eis, & eorum euilibet quauis alis circa praemissa iudican-  
di, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere. Ac ir-  
ritum, & inane si secus super praemissis omnibus, vel eorū aliquo a quo qua-  
uans auctoritate scienter, vel ignorāter contigerit attētari. Quo circa vene-  
ralibus fratribus nostris Archiepiscopo Toletanū & Hieronymo Vigornien-  
Moderno, & pro tempore existēti curiae causarum camerae Apostolicae Au-  
diori



2

9

ditori generali, ac Parisien. Episcopis: motu similiter per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios presentes litteras, & in eis contenta quaecunque vbi; & quando opus fuerit, & quotiens pro parte Magistri Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, militum, & fratrum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti soleniter publicantes, eis que in premisis efficacia defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra, litteras, & in eis contenta huiusmodi per censuras, & poenas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, & alia iuris remedia firmiter obseruari, ac singulos quos ædè presentes litteræ concernunt illis pacifice gaudere. Non permittentes eos per quoscunque cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes desuper quomodolibet indebite molestari, vel perturbari contradictores, molestatores, & perturbatores per easdem censuras, & poenas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super ijs habendis seruatis processibus censuras, & poenas ipsas quotiens opus fuerit iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Nos enim eisdem Archiepiscopo, Episcopis, & Auditori camerae pro tempore existenti contradictores, molestatores, & perturbatores præfatos etiam per edicta publica confitto tamen summarie de non tuto ad eos accessu locis publicis de quibus sit verisimilis coniectura quod ad eorum notitiam peruenire valeant affigenda, quæ ipsos perinde ardeant, ac si eis personaliter intimata foret citandi ac eis, & alijs quibus, & quotiens opus fuerit etiam sub similibus censuris, & poenis inhibendi plenam, & liberam earundem tenore presentium facultatem concedimus. Non obstantibus præmissis, ac recolenda memoria Bonifacii VIII. quibus ceteretur ne quis extra suam ciuitatem, vel dioecesim nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra vnã dictam à fine suæ dioecesim ad iudicium euectur, seu ne iudices à Sede prædicta deputati extra ciuitatem vel dioecesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vires suas committere præsumat, & de duabus dictis in concilio generali ædicta dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur nec non Innocentij III. Roman. Pontificum similiter prædecessorum nostrorum, quæ incipit. Volentes, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis nec non legibus imperialibus, ac ciuitatum, & locorum quoruscunque iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam municipalibus, ac quibusuis priuilegijs indultis, & litteris Apostolicis etiam ordinarijs, præfatis, vel quibusuis Ecclesijs, monasterijs, ordinibus, locis, & personis etiam per similes memoriae Clementem V. etiam prædecessorem nostrum, & quoscunque alios Roman. Pontifices prædecessores nostros, & Sedem prædictam, & alias quomodolibet, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis clausulis, & decretis concessis approbatis, & innouatis, nec non laudis arbitramentis compositionibus, seu transactionibus etiam inter fratres hospitalis huiusmodi absque tamen licentia, seu consensu eorum superioris quomodolibet initis, & latis quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruanda inserti forent presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore per manus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse

C

preſſederogamus, & ſufficienter derogatum eſſe, & aduerſus præmiſſa etiam ſi contra illa præſcriptionis beneficia in dictæ religionis, & illius libertatis detrimentum allegaretur nemini ſuffragari poſſe decernimus: ipſosque Magiſtrum & conuentum ab huiusmodi præſcriptionum allegationibus reuelamus, nec non omnibus illiſque in litteris hoſpitali, ac Magiſtro, & conuentui præſatis conceſſis conceſſum fuit non obſtare, quæ omnia præſentibus pro expreſſis, & repetitis haberi volumus contrarijs quibuſcunque, aut ſi ali quibus communiter, vel diuiſim à dicta ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum cum difficile foret præſentes litteras ad ſingula in quibus de eis fides forſan facienda foret loca deferre volumus, & dicta auctoritate Apoſtolica decernimus: quod illarum tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis eadem proſus fides in iudicio, & extra vbi fuerit adhibeatur quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi foret exhibite, vel oſtēſæ. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innouationis, conceſſionis, caſſationis, reuocationis, annullationis, irritationis, reſpoſitionis, reintegratio nis, voluntatis, aduocationis, mādati ſuſceptionis, liberationis, exēptionis, ſta tuti, ordinationis, prohibitionis decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius ſe no uerit incurſum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingentimo vigefimo tertio. Quarto. Non. Ianuar. Pontificatus noſtri Anno Primo.  
 Grat. de mandato ſanctiſſimi. D. N. Pap. G. de Salazar. G. de Bellantibus, Io. Alfonſi. L. de ſancto Ioanne. A. de Caſtillo,  
 ¶ Registrata in Cancelaria Apoſtolica de ceſſis.

**BREVE SANCTISSIMI D.  
 N. PAULI PAPAE. V.**

**Confirmationis Priuilegiorum Ordinis  
 S. IOANNIS Hieroſolymitani.**

**PAVLVS PP. V.**

**Ad futuram rei memoriam.**

**P**Aſtoris æterni vices in Terris, quanquã immeriti gerētes, curis vigila mus aſſiduis, ſtudijsq; nitimur indefeſſis, vt ea, quæ à Romanis Pōtifi cibus prædeceſſoribus noſtris in fauorē Eccleſiaſticarum, perſonarum, & præſertim regularium, pro fidei Catholicæ aduerſus Chriſti nominis hoſtes de

11

ensione, & propagatione iugiter laborantium prouide emanarunt, illibata, & firma perpetuo remaneant. Cū itaq; sicut accepimus alias fel. rec. Leo. X. Clemens VII. Paulus III. Pius III. & Pius V. Romani Pontifices Prædecessores nostri inter alia Priuilegia, & indulta, dilectis filijs Magno Magistro, & Conuentui Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani à Sede Apostolica concessa, eundem, & pro tempore existentem Magnum Magistrum Baiuliuos, Castellanium Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, familiares, aliasq; personas Hospitalis huiusmodi, necnon etiam subditos, uassallos, colonos, & seruitores, & alios in eorum obsequijs, & dicti Hospitalis beneficijs quomodolibet nuncupatis existentem, etiam Presbyteros curam animarū exercentes, quādiu illā exercēt, & illorū obsequijs, forēt illorūq; animalia, prædia, domos, molendina, & bonā quæcunq;, quæ obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderent à solutione, & exactione decimarum, censuum, iurium etiam Synodaliū, & Canoniarum portionum, seu charitatiui subsidij, aut iucundi aduentus, seu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorū quorūcunq; onerum sub certis modo, & forma exemerint, & liberauerint, prout in diuersis ipsorum Prædecessorum desuper confectis literis plenius continetur; Et licet ipsi Milites, & aliæ personæ prædictæ non debuissent à quoquam contradictorū Priuilegiorum tenorem, & formam molestari, perturbari, vel inquietari; cum ipsi non modo, eorum facultatibus, & fortunis, verum etiam sanguini, & vitæ pro tuitione Fidei Catholicae nō parcant; Nihilominus cū diuersi locorum Ordinarij, & Parrochialium Ecclesiarum Rectores, & multæ Capitulares personæ, id sibi omnino iuxtā Sacri Concilij Tridentini decreta licere asserentes, eosdem Magnum Magistrum, Baiuliuos, Castellanium Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & personas diuersis oneribus contra eorum priuilegia prægrauarent, illosque ad decimas, census, subsidia etiam charitatiua, congruas portiones, iucundum aduentū, Pastor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam iura synodalia cogere præsumerent, in graue ipsius Hospitalis detrimentum, & grauamen. Fel. rec. Gregorius XIII. Sixtus Quintus, & Gregorius XIII. similiter Prædecessores nostri ex certa scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula Priuilegia indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eidem Magno Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa confirmantes, approbantes, & Innouantes, eos super præmissis quomodolibet molestari inquietari, ac perturbari districtius prohibuerunt. Et præterea cum inter alia fel. rec. Pius Papa III. Prædecessor noster eidem Magno Magistro, & Conuentui inter cætera priuilegia Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, Cōmendas, & alia eiusdem Hospitalis beneficia liberè unīdi, & dismembrandi facultatem concessisset; Et nihilominus à quibusdam quandoque dubitaretur, an ante vel post mortem possessorum unio, seu dismembratio ipsa fieri posset, ac deberet, idem Gregorius XIII. ad tollendum omne dubium, & ambiguitatem, quæ in præmissis in futurum oriri poterāt, ut quandoq; eis videretur, siue ante, siue post mortem possessorum Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, & alia eiusdem Ordinis beneficia unire, & dismembrare libere, & licitè possent, & valeret: Necnon omnia, & singula priuilegia, & exemptiones prædictas etiam ad Confratres, & Donatas eiusdem Hospitalis extendi deberent, decreuit, & declarauit, ac decretū, & declarationem huiusmodi, aliaque præmissa fel. rec. Clemens Papa VIII.

simili-

15  
similiter Prædecessor noster confirmauit, & approbauit, prout in eorundem Prædecessorum literis plenius continetur. Nos itaque attendentes præclara eiusdem Hospitalis erga fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam promerita, ac cupientes, ut ipsa priuilegia, exemptiones, & gratiæ eo firmius subsistant, quo sapius ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magistrum, Priores, Baiuliuos, Castellanus Empostæ, Præceptores, Milites, & Fratres, & eorum singulos, singularesque dicti Hospitalis personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet eorum quilibet innotati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon omnium, & singulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum per prædictos & alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam Hospitali prædicto, illiusque Magno Magistro Conuentui, & Fratribus Militibus, alijsque personis prædictis concessorum, ac literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad Magni Magistri, & Conuentus Hospitalis huiusmodi, aut alicuius alterius super hoc pro eis nobis oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Apostolica potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia, indulta facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eidem Magno Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem, supplemus. Decernentes præsentis litteras vlllo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod locorum Ordinarij vocati non fuerint, notari, impugnari, vel inuolidari minimè posse, minulque sub quibuscūque similiū, vel dissimiliū gratiarum reuocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse, sicque ab omnibus censi, & ita per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Quo circa dilectis filijs in Regnis Hispaniarum, & Neapolitan. nostris, & Sedis Apostolicæ pro tempore existentibus Nuncijs, ac Curia Causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per præsentis Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorū per se, vel aliū, seu alios præsentis literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magni Magistri, & Conuentus fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciūt, auctoritate nostra eosdem Magnum Magistrum, & conuentum confirmatione, approbatione, decreto, & alijs præmissis pacificè uti, frui, & gaudere; nõ permittentes eos per Ordinarios prædictos, aut quoscumque alios contra præsentium

13

sentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari. Con-  
tradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesia-  
sticas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis,  
seruariis processibus, sententias, censuras, & poenas huiusmodi incurrisse de-  
clarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictumque Eccle-  
siasticum apponendo; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij  
secularis. Non obstantibus piæ me: Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecesso-  
ris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres  
dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac alijs qui-  
busuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs edi-  
tis specialibus, vel generalibus Cõstitutionibus, & ordinationibus, necnon iu-  
ramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statu-  
tis, & consuetudinibus, priuilegijs quòque indultis, & literis Apostolicis qui-  
busuis personis, etiam prædictis locorum Ordinarijs sub quibuscunque teno-  
ribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijs-  
que efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis, etiam  
Motu, & scientia similibus, etiam Consistorialiter, & de Fratrum nostrorum  
consilio in contrarium quomodolibet concessis confirmatis, approbatis, &  
innouatis: Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specia-  
lis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quauis alia expressio habèda,  
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de  
verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, & in-  
sertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dñtaxat speciali-  
ter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus com-  
muniter, vel diuim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspen-  
di, vel excommunicationi possit per literas Apostolicas non facientes ple-  
nam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē.  
Eorundem autem Prædecessorum vestigijs inhærentes, volumus, quod fel.  
rec. Pij V. vigesima secunda Septembris, Anno Sexto, ac Gregorij XIII.  
Noiemb. Anno Nono, Pontificatum suorum expeditis in suo robore, &  
efficacia permanentibus, præsentis literæ non comprehendant, neque Eccle-  
sias, neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus de-  
creta Concilij Tridentini huiusmodi omnino seruari debeant; Ac quod præ-  
sentium literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & si-  
gillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio, & ex-  
tra illud vbique locorum plena, & indubitata, eademque prorsus fides adhi-  
beat, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Da-  
tum Romæ apud Sanctum Marcum sub Anulo Piscatoris, die prima Septē-  
bris 1605. Pontificatus nostri Anno Primo.

Loco † Anuli Piscatoris.

M. Vestrius Barbianus.

**Y** Ansi presentadas las dichas letras Apostolicas, suso incorporadas  
porel dicho señor don Iuan de Silua y Ribera Cauallero de la Sa-  
grada Religion de San Iuan, y Comendador susodicho por sí, y en  
nombre della, pidio y suplico a su merced las vuese por presentadas, y aten-  
to estauan en forma probante, y tener necesidad de vno, dos muchos y mas  
D traflados

14  
traslados de ellas, para los presentar en diuersos tribunales, e embiar a diuer  
sas partes, las mandase ver, y vistas facar dellas, vno dos e mas traslados, y q̄  
se le diessen signado en publica y autentica forma, que hiziesen fē interponiē  
do a ellos, y cada vno dellos su autoridad y judicial decreto para su validaciō  
y sobre todo justicia, y juro en forma y lo firmo.

Don Iuan de Silua  
y Ribera.

**S**V merced del dicho señor Prior juez ordinario susodicho obo por presen  
tadas las dichas Letras, y Bulas Apostolicas, y por su merced vistas, y que  
estauan sanas, enteras no rotas, viciosas ni chanceladas, ni en parte alguna  
sospechosas, antes carecientes de todo vicio y sospecha, segun por ellas pare  
cia. Mandaua y mando se saquen dellas consecutiuaamente, vno, dos, o mas  
traslados como se pide. A los quales y a cada vno dellos yendo firmados de  
su merced, sellados con su sello, subscriptos signados y firmados de mi el pre  
sente Notario, interponia e interpuso a ellos, y a cada vno dellos su autho  
ridad y judicial decreto en quanto puede y ha lugar en derecho, para que val  
gan y hagan fē en juyzio y fuera del do quiera que parecieren, y se presenta  
ren, y anfi lo proueyo, mando y firmo, siendo testigos Bernardo Lopez, y el  
Licenciado Frey Iuan de Valencia del Auito de señor San Iuan, y Prior de  
San Christoual vezino de Salamanca.

El Licenciado don Fr. Francisco Barrantes,  
Prior de Rollan.

Ante mi  
Bartholome Honorato  
de Ribera Notario.

**Y**